



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Chronologia Monasteriorum Germaniæ Præcipuorum Ac Maxime Illustrium**

**Brusch, Kaspar**

**Nürnberg, 1682**

S. Naboris cœnobium Benedictinum, in ejusdem nominis præclaro apud  
Lotharingos oppido situm, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38166**

*Restitui quam post Germani funera belli :  
Tu miserere animæ, maxime Christe, meæ.*



S. NABORIS cœnobium Benedictinum, in ejusdem nominis præclaro apud Lotharingos oppido situm, Hilariacum antiquitus vel nova S. Hilarii cella, à primi oratori conditore, S. Fridelino Scoto, Hilarii istius discipulo, dictum, fundatum est & eximis fundamentis solerti studio constructum à Sigisboldo tricelimo sexto, potentissimæ Mediomatricum urbis Episcopo. Dedicatum est in honorem D. Pauli, gentium doctoris, anno Domini 714, sub Gregorio III. & Zacharia, pescatoriæ navis testimonem apud Romanam urbem moderantibus, Imperatore vero Leone III. Donatum est corpore S. Naboris martyris anno Domini 765, à Crodegando, tricesimo septimo Metensis Ecclesiæ Antistite, qui Romam petens à Paulo Pontifice tria obtinuit sancctorum martyrum corpora, S. Gorgonii, quod in Gorzia monasterio, S. Naboris, quod in nova hac cella, B. item Nazarii, quod in monasterio Lorsheim venerabiliter condidit. S. Naboris à heim, cœterra elevati & post summam aram collocati tumulus subscriptos nobia. habet verficulos:

*Martyris egregii contentas cerne Naboris  
Relliquias tumba hac, præclaro stemmate nati.  
Quem, quia sacra Jo-vi nollet deferre profano,  
Verberibus diris collisum Maximianus  
Cælicolis addens, testem necat ense cruento.  
Ait tandem, nutu Tiberina fedis alumni,  
Mirifice nostras duxit Crodegandus ad ædes.  
Quem Mediomatica pastorem Ecclesia habebat,  
Secula bisseris septem superaddita lustris,  
Nec non Olympiadì: quando per amena saluti  
Tempora signarent nostræ per grataq; semper.*

*Hoc est,  
anno 765.*

Supremam tandem manum huic cœnobio adjecit, idque & opibus & privilegiis auxit Angilramus, tricesimus octavus Metensis Episcopus, summus cœnobialis vitæ alumnus, in eodem monasterio unâ cum primo ejus fundatore, Episcopo Si-

ooo

gis-

gisboldo sepultus. Abbates, ejus loci mortilogio inscripti, sinetamen annorum numero aut certo ordine hi inveniuntur.

- |                         |                                      |
|-------------------------|--------------------------------------|
| 1. <i>Adelardus.</i>    | 15. <i>Theodoricus.</i>              |
| 2. <i>Amandus.</i>      | 16. <i>Willericus.</i>               |
| 3. <i>Rabigardus.</i>   | 17. <i>Wadolphus.</i>                |
| 4. <i>Waſco.</i>        | 18. <i>Tempertus.</i>                |
| 5. <i>Aldricus.</i>     | 19. <i>Adelmodus.</i>                |
| 6. <i>Contzemannus.</i> | 20. <i>Volmarus.</i>                 |
| 7. <i>Constantinus.</i> | 21. <i>Rudolphus.</i>                |
| 8. <i>Tilemannus.</i>   | 22. <i>Albertus.</i>                 |
| 9. <i>Bertwanus.</i>    | 23. <i>Joannes.</i>                  |
| 10. <i>Reinerus.</i>    | 24. <i>Fridericus.</i>               |
| 11. <i>Carolus.</i>     | 25. <i>Daniel.</i>                   |
| 12. <i>Helpradus.</i>   | 26. <i>Nicolaus.</i>                 |
| 13. <i>Theopertus.</i>  | 27. <i>Ultricus.</i>                 |
| 14. <i>Collinus.</i>    | 28. <i>Adamus</i> eligitur an. 1484. |

Præfuit laudabiliter annis 30. Fuit inchoator reformationis: tandem resignavit Abbatiam Matthiæ anno Domini 1513. Ejustale ibi legitur in pariete templi epitaphion:

*Quimodo marmorea requiesco crepidine teſtus,  
Lustris ſex Abbæ pondera juſtimui.  
Maximeum myſtami, Matthiam nomine, nobis  
Sufficio: noſtræ ſubit ille vices.  
Cumq; magistratum poſui, monachosq; renomo,  
Injiciunt diras ferrea fatam manus.  
At peto, ne pīgeat precibus pulsare Tonantem,  
Adami ſit mens ut bene grata Deo.*

Obiit 21. Octobrium anni 1514.

29. *Matthias*, e S. Maximini Treverensi monasterio poſtulatus, præficitur Abbatæ S. Naboris anno 1513. quo coenobium reformavit. Præfuit annis 5. laudabiliter. Obiit anno Domini 1518.

30. *Nicolaus Aldegundius* præfuit annis 14. Obiit anno 1532. Ejus tale ibi legitur parieti incifum fatis etiam rude epitaphion:

*Mille*

Mille & quingenta effluxerunt tempora grata  
 Partus virginis atq; triginta duo,  
 Dum superis placuit, pastor decepsit amandus,  
 Nutantem qui adem struxerat ipse suam.  
 Annos bis septem Abbas fuit hic Nicolaus,  
 Sanctæ Adelgundis villa paterna fuit.  
 Sideras sedes teneat nunc spiritus ejus,  
 Omnes optamus; maxime presta Deus.

31. *Henricus Trajetensis* successit Nicolao. Praefuit 14. annis. Decepit ex hac mortali vita anno Domini 1545.

32. *Valentinus de Castelletto*, Gallus natione, praefuit annis tribus & aliquot mensibus. Exuit hominem & ad aliam patriam ex mortali emigravit anno 1549.

33. *Amandus Leodiensis*, vir doctus, statura corporis mediocri, eligitur anno Domini 1549. Praefuit hoc adhuc currente Jubileio.

Etin hac vicinia ad dimidium scilicet milliare à S. Naboris op- *S. Mar-*  
*pido, & cœnobio S. Martini Glandariensis in Villalonga aliud & tini Cœ-*  
*magnificum sane monasterium ordinis D. Benedicti, quod fun-*  
*datum legitur à Franciæ Regibus, Digno, Bodagislo & Ondo-*  
*ne. Habet hoc tempore Abbatem Sebastianum, natione Gal-*  
*lum: amplius enim de hoc cœnobia nihil habeo.*

◎ ◎ ◎

*S. PETRI* vetustissima potentissimaq; intra Salisburgenfis ur-  
 bis muros sita Abbatia, ordinis D. Benedicti, ex qua, tan-  
 quam ex equo Trojano, plurimi egregii & excellentes viri ad gu-  
 bernandos varios Germaniæ Episcopatus prodierunt, inchoata  
 & fundata legitur anno Christi 580. unâ cum ipso Episcopatu Sa-  
 lisburgenfi, à S. Rudoberto, ex nobili prosapia Franciæ Regum  
 ac Scotiæ Ducum oriundo: auxiliis tamen & munificentia Theo- *Theodo-*  
*donis, incliti Bavatorum Dicis, quem sanctus Dei vir Rudo-*  
*bertus, ex Wormatiensi Ecclesia & Episcopatu ejectus & in Ba-*  
*varia circumquaç; docens, Ratisbonæ in Christianismo instituit,* *Bojorunus*  
 & cum ipsis optimatibus sacro regenerationis lavacro abluit. *Dux fit*  
*Christia-*  
*nus.*

○○○ 2

Ibi